

+ Regali genere orto exercio ego tibi cum cuncta congregatione nobis commissum est lucra minimeque refert querere et in vicinia domini omnes invitare, ut denariorum de manu domini omnes similes recipiamus. Proinde curam habemus in te, ut si autem quacumque zizaniam aut sordidum invenierimus ⁱⁿ ~~vel~~ vestro pectori, funditus eradicamus, ut sciat primum filium in orbe domini reponari et cum domino semper letari. unde nos fidei anime sue recordamus et magis rogamus in antea que volueris.

+ domino beatissimo pape ineffabiliter mirabiliter incomparabiliter honorendo, prestantissimo patrono illo episcopo ego illi minimas omnium indecoris vocatus abba ex cenobio illo quod est fundatum in loco tale in honore eius sancti, cum cuncta congregatione parvitati mea commissa, alacritati vobis perpetuam optamus in domino salutem et commendamus deo per sacramissimam operationem vestram et supplicem petimus, ut exiquitatem nostram in glorioso benivolentie vobis affabilem habere dignemini in ea quam dominus discipulis suis piissimis tradidit dilectionem. Hic scribo quod voluens, in fine scribere: gratias dei et pacem domini nostri Iesu Christi coronet te in omni spiritu, et ambulantem de virtute in virtutem glorificet in eternum, domini papa ineffabiliter mirabiliter honorante, prestantissime patrone.

Aha. Sapientissimo atque sanctissimo vel angelico gratia domini versus